Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8377
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

VI

ibidem. Et licet nulla faciat
fidem secrete tamen ex de-
uotione celebrare permittitur
de mere con. secundum hostiensem
ut extra de te. or. c. tue. Primo autem sup-
er tua dicit. Et si ex re-
ceptione talium magnum
preiudicium alicui fieret. col-
lacioni quorumque sigillorum huius
non crederetur nisi alias
legittime probaretur. Et nota
host. ibidem. Item etiam dicunt
sup. c. inter dicit quod si sit
alias bone vite. et habe-
at quorumque episcoporum sigilla ig-
nota si habeatur aliqua
noticia per famam vel ali-
ter de episcopis vel de testibus
eorum licet alias non sit
sufficiens probacio. tamen in
hoc casu talem credendum ad-
mittendum esse Et nota host.
in glo. ibidem. Item se-
cundum hostiensem ibidem si
constabit de aliquo illorum
inter quos diu conversa-
tus est quod semper se gessit
ut probe utique sufficeret
ar. extra de pb. non bap. c.
2. Non licet autem prelatis
dyocesano subiectis indistin-
cte clericos extraneos in
suis ecclesiis inconsulto quod
si faciant pot eos ibidem
removere nisi cum dispen-
set extra e. c. Si. te nobis.
Et ubi loca exemptorum
habent plebem non licet eccle-
siis recipere aliquos clericos
peregrinos sine licencia epi-

dyocesani. Et post diu quod tamen
habet cognoscere de literis
dimissoriis. et postquam de
innotuerit cum plene di-
missum exemptum cum ac-
cipere licet. Continendum etiam quod
in literis debet esse clausula
talis. vel similis. Que
ad talem ordinem gradu-
um promoveri ut ar.
[illegible] dis. quamvis et c.
sequenti et est racio quia
de maioribus et minoribus
ordinibus inquiri debet ne
forte per saltum promotus esset
quia tunc execucionem non
haberet. ex. e. t. i. hec autem
litere vocantur commendaticie
sive testimoniales. quia ibi
commendacio et testificacio
de vita et ordinibus quos
habet debet continere ex.
e. tit. Credo ille non suffi-
ciunt quantum ad hoc ut
ordines recipere possit. quando
oportet quod habeant dimis-
sorias in quibus scilicet appa-
reat quod episcopus cum a po-
testate et iurisdiccione
sua dimiserit. et licenciam
ei conferendi dederit quo-
cumque voluit. ar. dis. per-
tonum vel deprecatorias
ex. de temp. ord. Cum translacionem.
Nec in hoc litere
archidiaconi sufficiunt ex.
de off. arch. Significasti
Alias licet tractum acci-
peret ad execucionem tamen
forte non haberet ut in-